X.L.V.

Anno domini incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto indictione quartadecima die lune quartodecimo intrante februario. In claustro sancti Cataldi pre-
sencia fratris Guidonis de Cantate et fratris Martini de Pergamo et fratris Ceruti ... et domini presbiteri Rugerii qui stat ad sanctum Cataldum et Iohannis boni Moreni et Anselmi de Zane-
belis et domini presbiteri Pagani presbiteri ecclesie sancti Martini ibi testium rogatorum. Augustinus filius condam Iohannis Barili de loco Zolerini sancti Martini renuntiando ne dicere posset
quod se sine causa fore obligatum et sicut eum quod non esset iusta fecit finem et refutationem et pactum de non petendo domino dompno Iohanni preposito ecclesie sancti Cataldi nomine dicte ecclesie et
pro ipsa ecclesia de nominati de toto suo iure quod habet in una pecia terre que est partim casametata cum una domo murata et copata et partim aratoria que iacet Zolerini sancti Martini
super bracum et cui coheret a duabus partibus via, ab alia Iohannes Tempestertus, ab alia Michael vel si ibi allii sunt coherentes. et generaliter de omni eo quod ipse Augustinus posset dicere seu petere
per aliquam aliam occasionem ipsi domino preposito nomine dicte ecclesie nec ipsi ecclesie de hinc retro. et promisit ipse Augustinus isto domino preposito stipulanti quod in perpetuum non inbrigavit neque in-
quietabit per se neque per suos heredes nec per summissam personam si quam haberet occasionem ab eo ipsum dominum prepositum nomine dicte ecclesie neque ipsam ecclesiam nec eius successores nec
qui haberet occasionem ab ipso domino preposito nomine dicte ecclesie seu ab ipsa ecclesia set omni tempore ipse Augustinus permanserit tacitus et contentus et ipse dominus prepositus nomine dicte ecclesie et
ipsa ecclesia indempnes conservabit. et hoc promisit ipse Augustinus attendere et observare ipsi domino preposito stipulanti nomine dicte ecclesie sub pena dupli petiti, duplique omnium expensarum inde
in hoc factarum. Ita quod utrumque possit peti et exigi cum effectu. Et pro hac fine et refutatione et pactum de non petendo confessus et manifestus fuit ipse Augustinus se accepisse a
isto domino preposito nomine dicte ecclesie unum instrumentum debiti de quatuordecim libris et decem et dimidia ad rationem imperialium quas Iohannes condam Barilus pater dicti Augustini dare promiserat
domino Petro de Sagocio sive de Gualdemanis ex causa mutui secundum quod continetur in quodam publico instrumento facto a Amadeo de Raynoldis notario ibi ante viso et lecto. Item
alliud instrumentum debiti de sex libris imperialium quas iste condam Iohannes dare promiserat domine Adelaxie matri dicti domini Petri recipienti nomine dicti Petri filii sui et de quibus
fideiusserat Iohannes Boni Croti de isto loco secundum quod continetur in quodam publico instrumento facto a Martino de Menalla notario ibi ante viso et lecto. Item alliud instrumentum
debiti de sex libris imperialium quas iste condam Iohannes Barilus dare promiserat iste domine Adelaxie nomine dicti domini Petri filii sui et de quibus fideiusserat iste Iohannes Boni
secundum quod continetur in quodam publico instrumento facto a Martino de Bonouetino notario ibi ante viso et lecto. Item alliud instrumentum debiti de quadraginta solidis ad rationem
imperialium quas iste condam Iohannes Barilus dare promiserat domino Petro de Sagocio ex causa mutui secundum quod continetur in quodam publico instrumento facto a Bobono de sancto Bobono
notario ibi ante viso et lecto. et renuntiavit ipse Augustinus exceptioni ne dicere posset quod ita non esset verum et quod non faciat contra predictam confessionem. Talli pacto inter eos prouisum
ista instrumenta debet remanere aput dominum presbiterum Paganum presbiterum ecclesie sancti Martini. nec dominus prepositus nec fratres dicte ecclesie non debent habere ad uten-
dum dictas cartas contra dictum Augustinum nec contra eius heredes nisi esset in defensione dicti casameti. et tunc quando opus erit ipse dominus presbiter Paganus debet facere copiam
de dictis instrumentis ipsi domino preposito vel suo successori.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 3 (45)

Ego Giraldus de Maldoto notarius ab imperatore Federico huic interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1757243895-14/fragment/page=0001
DFG

XIV

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1757243895-14/fragment/page=0002

XLV

Anno domini Incarnationis Millesimo Ducentesimo quinquagesimo quinto Indictione quartadecima die lune quartodecimo Intrante februario. In claustro sancti Cataldi presentia fratris Guidonis de Cantate et fratris Martini de Pergamo et fratris Ceruti Vitoris et domini dompni Rugerii qui stat ad sanctum Cataldum et Johannis boi moreni et Anselmi de Came belis et domini dompni Pagani presbiteri ecclesie sancti Martini ibi testium Rogatorum. Augustinus filius quondam Johannis barili de loco poleruni sancti viti. Renuntiando ne dicere posset quod se sine causa fore obligatum et fieret et quod non esset Justa. fecit finem et Refutationem et pactum de non petendo domino dompno Johanni preposito ecclesie sancti Cataldi nomine dicte ecclesie et pro ipsa ecclesia. de nominatim de toto suo Jure quod habet in una pecia terre que est partim casamentata cum una domo murata et coppata et partim arativa que Jacet poleruni sancti viti super brinam et cui coheret a duabus partibus via. ab alia Johannes tempesterius. ab alia michael vel si ibi alie sint coherentie. et generaliter de omni eo quod ipse Augustinus posset dicere seu petere per aliquam aliam occasionem ipsi domino preposito nomine dicte ecclesie nec ipsi ecclesie de hinc retro. et promisit ipse Augustinus isto domino preposito stipulanti quod in perpetuum non intrigavit neque inquietabit per se neque per suos heredes nec per summissam personam si quam haberet occasionem. aliquo ipsum dominum prepositum nomine dicte ecclesie neque ipsam ecclesiam nec eius successorem nec quam haberet occasionem ab ipso domino preposito nomine dicte ecclesie seu ab ipsa ecclesia set omni tempore ipse Augustinus permanserit tacitus et contentus et ipse dominus prepositus nomine dicte ecclesie et ipsa ecclesia indempnis conservabitur. et hoc promisit ipse Augustinus attendere et observare ipsi domino preposito stipulanti nomine dicte ecclesie sub pena dupli petiti. duppli omnium expensarum inde in hoc factarum. Ita quod utrumque possit peti et exigi cum effectu. Et pro hac fine et refutatione et pactum de non petendo. Confessus et manifestus fuit ipse Augustinus se accepisse ab isto domino preposito nomine dicte ecclesie. unum Instrumentum debiti de quatuordecim libris et decem et dimidia. ad tunc imperiales. quas Johannes quondam barilus pater dicti Augustini dare promiserat domino petro de sagocio sive de Gualdemanis ex causa mutui. secundum quod continetur In quodam publico Instrumento facto a mafeo de arnoldis notario ibi ante viso et lecto. Item aliud instrumentum debiti de sex libris imperialium. quas istius quondam Johannes dare promiserat domine adelasie matri dicti domini petri recipienti nomine dicti petri filii sui et quibus fideiusserat Johannes boni civis de isto loco secundum quod continetur in quodam publico instrumento facto a martino de menalla notario ibi ante viso et lecto. Item aliud instrumentum debiti de sex libris imperialium quas ipse quondam Johannes barilus dare promiserat ipse domine adelasie. nomine dicti domini petri filii sui. et de quibus fideiusserat istius Johannes boni secundum quod continetur in quodam publico Instrumento facto a martino de bonovetino notario ibi ante viso et lecto. Item aliud instrumentum. debiti de quadraginta solidos ad tunc imperiales quas ipse quondam Johannes barilus dare promiserat domino petro de sagocio ex causa mutui. secundum quod continetur in quodam publico instrumento facto a bobono de sancto bobono notario ibi ante viso et lecto. et Renuntiavit ipse Augustinus exceptioni ne dicere posset quod Ita non esset verum et quod non fuerat cum predicta confessione. Talli pacto inter eos quod omnia ista instrumenta debet Remanere apud dominum dompnum paganum presbiterum ecclesie sancti Martini. nec dominus prepositus nec fratres dicte ecclesie. non debent habere ad utendum. donec causa contra dictum Augustinum nec contra eius heredes. nisi esset in defensione. dicti casamenti. et tunc quando opus erit ipse dominus dompnus paganus debet facere copiam de dictis instrumentis ipsi domino preposito vel suo successori.

Ego Girardus de maldoto notarius ab imperatore federico huic instrumento interfui et hanc cartam Rogatus scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 3 (45)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1757243895-14/fragment/page=0003

DFG